

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 7: De dilectione proximi (5)

Bernardus:

Ne simulato corde diligas fratrem tuum vel proximum,  
neque labiis exosculans insidieris ei.  
Dolosus enim vir quasi pacifica ex ore profert verba,  
et in animo supplantare excogitat proximum.  
In hiis ergo operibus ad iracundiam provocatur deus.

Ne simulato corde diligas fratrem tuum  
neque labiis osculans ex alia parte insidias construas.  
Dolosus enim vir pacifica ex ore profert verba  
et in abditis mentis subplantare cogitat proximum.  
In his ergo operibus ad iracundiam provocatur Deus.

Membrum autem tuum dico fratrem tuum,  
quod si quandoque ut homo iratus fueris,  
ultra solis terminum non proteles iram tuam,  
sed reconciliare ad pacem et deprime omnem furorem ab anima tua.

Tu autem omnem simulationem longe fac a te et ne cupias supplantare  
proximum tuum nec mordere aut laniare membrum tuum.  
Quod et si quando ut homo iratus fueris,  
ultra solis terminum non producas iracundiam tuam;  
sed reconciliare ad pacem et deprime omnem furorem ab anima tua.

Pseudo-Basilius, *Admonitio ad filium spiritualum*, 4 (P. Lehmann ed., 1955, p.38, ll.6-10).

Pseudo-Basilius, *Admonitio ad filium spiritualum*, 5 (P. Lehmann ed., 1955, p.38, ll.14-19).